



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Elogia Societatis Iesu Sive Propvgnacvlvm: Pontificum,  
Conciliorum, Cardinalium, Antistitutum, nec non  
Imperatorum, Regum, Principum & aliorum Virtute,  
Religione, omniq[ue] Literatura illustrium (etiam ...**

**Gomez, Cristobal**

**Antverpiæ, 1681**

Nicolaus Psalmæus Ep. Virdunensis n. 25

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38486**

tans usurpabat passim. En hi sunt quos aliquando dixi vobis venturos. Id coniecturane, an diuino tactus spiritu ante prædiceret, non equidem affirmarim. Ita Par. 2. Hist. Soc. lib. 4. num 104.

Eadem à  
Virdunensi  
desidera-  
tur.

Quam sit  
necessaria,  
carendo  
noscitur.

Summa  
Virdunen-  
sis Episcopi  
in Societa-  
tem beni-  
gnitas.

Litere per-  
honorifica  
proVilnen-  
si Collegio  
stabilendo.

25. A NICOLAO PSALMÆO Episcopo, & Comite Virdunensi, qui eò impatientius flagitabat Virdunensis Collegij inchoationem, quod specimen fructus iam manibus tenebat è Scholis, quas accitos Coloniae Sociorum quosdam, in condito abs se paucis ante annis Collegio habere iussérat. Cognouerat rationem Ordinis nostri, & dilexerat in Concilio Tridentino: perspexerat postea inter viam Ingolstadij præfertim, obseruaratque instituende iuuentutis formam, atque felicitatem. Itaque domum reuerso nulla prior, ac potior cura inerat, quam ut tale munimentum gregi suo, tum maxime ob temporum iniuriam periclitanti, lupisque Vallato circumdaret. Inchoatum igitur, & receptum Virdunense Collegium. Ita Par. 3. Hist. Soc. lib. 1. n. 86. Et postea Ibidem lib. 7. nu 82. dicitur, pestilentie occasione dissipatum, & tandem restitutum ab eodem Antistite Nicolao: qui cum Parisios eam ob rem venisset, testificans (quod & in tabulis foundationis apposuit) Carendo potuisse cognosci, quam necessarium esset, &c. Et cum totus esset (additur n. 85.) in renouando Templo S. Nicolai instruendoque Collegio, & benignitate vijs omnibus promerenla in Patres; die eiusdem S. Nicolai, quo primum die in Templo instaurato salutis immolata est victria, non solum prandium ijs, quale indulgentiam eius decebat, misit; sed ipsem cum familia sua in Collegium venit, & prandentibus ministravit ab exordio ad finem, representans eam Domini reverentis à nuptijs erga vigiles seruos benignitatem, de quo scriptum legimus Luc. 12. Præcinget se, & faciet illos discumbere, & transiens ministrabit illis. Dei famuli nulla ratione potuerunt euincere, ne modestiam suam hoc rubore perfunderet. Ita ibi.

26. A VALERIANO Vilnensi Episcopo, ex Urbe Vilna magni Lithuaniae Ducatus Princeps: qui pro Collegio Societatis ibi stabiliendo ad Cardinalem Hosum sequentes literas dedit. Illustrissime, ac R<sup>me</sup>. in Christo Pater, ac Domine. Partim Officij mei